



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Dominicvs Conf. 4. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Rogas, quâ medicinâ? Saluberrimo **MARIA** Magninomine. Pretium operæ porrò **PETRVS** suæ Anagninam hoc retulit, ut sumptus Imp. Michael faceret in ædem maximam ædificandam suffectoros. Sed neque hæc licet magnifica explorare oculos potuit **PETRI**. Ad cæli igitur templa abiit, Eodem tendis? per nostra in illa itur. *Ex Ferrar.*

*Exhibeamus nos sicut Dei ministros in multâ patientiâ, diffundentes odorem illius circumquaque, adversa tolerando: sicut enim aromata odorem suum, cum incenduntur, expandunt, sic in nobis quod virtutibus redolet, per patientiam innotescit, S. Laur. Iust. lign. vitæ.*

## S. DOMINICVS CONF. 4. Augusti.

**A**lterum ecce orbis labantis columen **DOMINICVM**. Certè Innoc. Pont. Max. subijcere humeros ruinam meditati Lateranensi ædi vidit. Certè flagrantem à tergemino vitio orbem totidem telis castigaturo **FILIO MATER** clypeum cum **FRANCISCO DOMINICVM** objecit, ut jam minus mirer necdum natum sive ore facem, sive fronte stellam prætulisse. Et verò etiam hodie lucet in Filiis, qui dum sanctioribus rosis lilium (**VIRGINEM**) colunt; dignos se probant, quos (quemadmodum ipse **DOMINICVS** habuit videre) velut pullos suos nunc pallii sui alis foveat **MAGNA MATER**, nunc dormientes invisat benè precabunda. Illud omnium bono ex *Virgine* Divus intellexit toties advectionem pro nobis in cælis ad Filii pedes facere, quoties è terris **ADVOCATA** solenni formâ *clamamus*, ut qui rei non clamantis sibi, non **Advocatæ** adscribant, si pereant. Porro

DOMINICVS quatuor omnino Insulas, quas aliū tam studiosè capiti quærent, generoso fastu pedibus ipse subdidit; ter noctu pœnas à tergo suo, pro se primùm, tum pro viventibus in graviori noxâ, demum pro agentibus in igne piaculari manibus expoposcit. Mito in homines, demones, adeoque Superos imperium; quippe cum toties jam hos exoraret quos oraret. Illud memorandam qui MARIÆ vixerat, non sine MARIA demortuum esse. Affuit hæc, neque sola, sed inter Filii & Calitum comitatum ad astra abduxit. Viam inquis? per Rosaria iuit DOMINICVS. *Ex vitâ.*

*Nemo gratuletur homini, qui prosperatur in viâ suâ, cuius peccatis deest ultor, & adest laudator. Major hic ira Domini est: irritavit enim Dominum peccator, ut ista patiatur: id est correctionis flagella non patiatur.* August. super Psal. 7.

DEDICATIO S. MARIÆ AD NIVES.

5. Augusti.

ANnus agebatur Christianus supra CCC. LXV. quando Romæ civis fuit patricii sanguinis, & huic IOANNES vocabulum. MARIAM puro expectas Mariam, cum IOANNEM audis? Rem loqueris, fuit huic conjux digna conjugis suo, suere opes ingentes, sed spes natorum nulla, & in his etiam nepotum decollaverat. Tandem, quid ô! quid terris, ait IOANNES, ignobiles & mecum morituros heredes quæro? quin cælo adscisco? & an explere dignioribus nominibus ceras possum? Certè opibus unica MARIÆ digna omnibus est. Imò IOANNES non sum, si heredem MARIAM non scribo. Eja igitur Virgo, tu sola jam tabu-